

& tertiæ iuncta faciunt 5. & secunda & quarta quadrata iuncta faciunt 10. dico quod tales numeri erunt in proportione 2. 2. vt prius diuidendo vnum per alterum, quod si dicat quod quadrata primæ & secundæ aggregent 5. & quadrata tertiæ & quartæ 10. vel quod prima in secundam faciat 5. & tertia in quartam faciat 10. dico quod in vtroque casu debes diuidere 10. maiorem per 5. minorem exit 2. & eius 2. 2. est proportio talium numerorum & hoc est vniuersale.

Ex hoc sequitur quod si aliquis vltra hoc adiciat conditionem quod illa conditio aut est necessaria aut est impossibilis idè habeatur pro non posita, secundo sequitur quod proportio productorum quartæ in tertiam ad productum secundæ in primam est veluti aggregati quadratorum quartæ & tertiæ ad aggregatum quadratorum secundæ & primæ ita dico de quarta & secunda respectu tertiæ & primæ.

Proponatur igitur exemplum tale inuenias 4. numeros continue proportionales quorum productum ex tertia in quartam sit 10. & productum secundæ in primam sit 5 igitur per antedicta erit proportio talium numerorum vt 2. 2. 2. ad 1. pone igitur quod primus numerus sit 1. co. igitur secundus erit co. 2. 2. & quia vnus in alterum ductus facit 5. multiplica 1. co. in co. 2. 2. quadrabis vtrumque fiet primo 1. ce. ce. & ce. ce. 2. duc vnum in alterum fiunt 2. ce. ce. ce. huius 2. 2. est æqualis 5. igitur duc etiam bis 5. in se fiet primo 25. deinde 625. & hoc æquatur 2. ce. ce. ce. igitur reduc ad 1. ce. ce. ce. fit 1. ce. ce. ce. æqualis 3 12.  $\frac{1}{2}$  igitur res valet accipiendo 2. ter de 1. ce. ce. ce. primo fit 1. ce. ce. deinde 1. ce. deinde 1. co. igitur 1. co. valet 2. 2. 2. 3 12.  $\frac{1}{2}$  & hæc est prima quantitas deinde quia ex hac in secundam fit 5. igitur diuiso 5. per hanc exibit secunda, quadrabis igitur ter 5. & fiet quadratum 625. quod diuisum per 3 12.  $\frac{1}{2}$  exit 1250. & 2. 2. 2. 1250. est secunda quantitas & ita facies positionem de duabus aliis ob facilitatem & inuenies quod tertia quantitas est 2. 2. 2. 5000. & quarta est 2. 2. 2. 20000. & ita si quæstio proponeretur de 6. quantitibus quarum tres primæ deberent inuicem multiplicatæ facere 5. & aliæ 10. dices quod proportio illa idest inter primam & secundam & tertiam & ita de reliquis est 2. cu. 2. & ita de aliis & secunda quantitas erit 2. cu. 5. & quinta quantitas 2. cu. 10. & ita inuenies alias & hæc quæstio est valde utilis ad faciendas fenestras mirabili artificio ita quod latera & superficies erunt in continua proportionalitate.

110 Inuenias tres numeros continuè proportionales quorum primi & secundi quadratum æquantur quadrato tertiæ & productum primæ in secundam sit 10. talis quæstio potest solui per modum octuagesimæ nam inuenies proportionem inter numeros & tali proportioni addes 1. & diuides 10. per tale aggregatum per centesimam septimam quæstionem sed leuius soluitur per algebra vt à Fratre Luca pone primam partem 1. co. &

Tom. IV.

quia ex prima in secundam fit 10. igitur secunda erit 1. co. igitur quia tertia est in continua proportionalitate ipsa erit multiplicando 1. co. in se & diuidendo per 1. co. fiet 1. cu. habes igitur primam secundam & tertiam quantitatem & quia quadratum primæ & secundæ æquantur quadrato tertiæ quadrata omnia fient vt vides erunt igitur 1. ce. p.

Prima.	Secunda.	Tertia.
1 co.	$\frac{10}{100}$	$\frac{100}{10000}$
1 ce.	$\frac{100}{10000}$	$\frac{10000}{100000000}$

1. co. æqualia 1. cu. ce. integras partes ducendo per 1. cu. cen. fient 10000. æqualia 1. ce. ce. ce. p. 100. ce. ce. quare per quinquagesimum capitulum quia numerus & ce. ce. & ce. ce. ce. sunt continue proportionalia per quintam igitur regulam quinquagesimi capituli diuide 100. ce. ce. fit 50. quadra fit 2500. adde ad 10000. fit 12500. à radice 12500. detrahe 50. fit 2. 12500. m. 50. & huius 2. 2. V. est valor rei idest prima quantitas erit igitur ipsa prima quantitas 2. 2. V. 2. 12500. m. 50. alias partes poteris inuenire diuidendo 10. per hanc primam exhibit sed longe facilius fit iterando positionem & ponendo secundam quantitatem 1. co. & prima erit 1. co. & tertia erit  $\frac{1}{10}$  cu. nam multiplicando secundam in se fit 1. ce. diuidendo per 10. semper multiplica denominatorem in diuidendum idest 1. co. in 1. ce. fit 1. cu. hoc diuide per numeratorem fit  $\frac{1}{10}$  cu. vel sic 1. cu. in reliquis procede & inuenies.

112 Quæritur quantum ex Platonis opinione mundus durabit & quæ erunt eius vicissitudines.

Respondeo apud cum triplicem mundi quantum, ad mensuram constitutionem intelligi, altera secundum quantitatem continuam altera secundum discretam vltima secundum harmonicam consonantiam.

Accipit autem hoc tanquam suppositum ex minimis constare vt pote à sapientissimo conditum & perfectissimis vt potentissimo ita nihil deficiet aut erit superfluum.

Constitutio autem animæ prout corporum est sunt autem corpora 5. naturalia elementa 4 & cælū: totidem autem corpora sunt regularia quibus terræ cubus tanquam solidissima & minimè mobilis solidissimo & firmissimo corpori tribuitur duodecedron cælo vtpote quod 12. signa contineat 12. pentagonorum instar specie, pyramidem igni vtpote maxime subtilem acutam & penetrantem mobilemque non quidem loco velut ignis sed tanquam leuiorem nam æquali ambitu 5. corporum pyramis leuissima est minus corporis continens, octocedron autem aëri quoniam medio modo atque aliqua specie pyramidi perfimilior est quæ igni dicatur, ycocedron autem 20. basium figuram atque vt quasi maxime mobilem & labilem non leuitate sed forma dicauit.

Horum autem constitutio ex trigonis est inter quos solum ortogonium recipit vtpote quod potenciali æqualitate constet ob